

Panor. super secunda Primi.

bi constat eum esse indignum, & non debet respondere eum esse dignum, nec etiam cum aperte dicere indignum, debet hoc nunciare Episcopo, qui eum ordinavit, vel Archiepiscopo consecranti, & hoc ordinatione presbyteri vel diaconi. † Et no. q. non semper stylus curiæ ab inferioribus est in exemplum trahendus, quando stylus curiæ alii quid præter regulas dispensatiue operatur. † Opp. q. non debet respondere, se scire illum dignum & habilem, ex quo ignorat habilitatem vel inhabilitatem, sed potius debet respondere q. ignorat. Sol. dicit glo. quandoque aliqua verisimilia præcedunt indicia, ex quibus debeat quem dignum præsumere, & tunc non debent respondere se ignorantes, sed q. scit eum dignum esse. hæc enim præcedunt indicia, quia eo q. vidit eum electum & præsentatum a bonis, debet eum habilem, & dignum præsumere, & de tali respondere debet quod audiuit ab aliis, 2. q. 5. c. hoc videtur, secus si nihil præcedat præambuli, quia tunc non præsumitur dignus. † Secundo videtur quod in dubio debeat quis potius præsumi indignus, quam dignus. C. de his qui v. æta. imp. l. 2. C. de prob. l. ex persona. Item secundo, quia in dubio præsumendus est excommunicatus, de sent. excom. cum desideres. §. secundæ. q. hinc est q. fortius præsumitur fornicatio, quam matrimonium, vt patet. 30. q. 5. c. aliter. dicit glo. q. ubi agitur de animæ præiudicio, præsumendum est in deteriore parte. de sponsa. c. iuuenis. Circa iudicia præsumitur potius iustum, & bonum, quam præsumatur aliud. vt hic, & 86. di. c. si quid. Dic conclusio doct. si quæritur quo ad se quid quis debeat præsumere de se, quidq. ei consulendum vt præsumat, & tunc dicendum est, q. potius se non idoneum, & malum q. bonum præsumere debet, & maxime in his, in quibus est periculum & scandalum aliorum, & hoc ne periclitetur anima ipsius, vel eius salus negligatur, ad hoc de cler. exc. mini. c. illud, & no. glo. de elec. c. cum in iure. Quandoque quæritur qualis quis ab alio debeat in dubio præsumi, tunc aut nihil petit ad quod eius requiratur inhabilitas, vel idoneitas, & in dubio debet plus præsumi dignus, quam indignus. Quandoque aliquid petit, & tunc aut quæritur de idoneitate naturalis, & tunc aut non apparet in præteritum, vel i. p. s. de aliqua eius inhabilitate, & tunc respectu bonitatis naturalis, quilibet debet præsumi bonus potius, q. malus. hoc ideo, quia naturaliter creatur bonus & plenus virtutibus, & sic naturaliter homini præsumuntur virtutes inesse. nec ob. peccati destructio, quia contra illud datur sacramenti reparatio, de sum. tri. cap. firmiter, in quo confertur gratia, de conse. dist. 4. c. 2. ideo cum constet semel reparatus, adhuc præsumitur reparatus, donec constet contrarium. C. de probat. l. siue possidet. ff. de min. l. ait prætor, alias. l. & si sine. §. pen. Aut constat post baptismum ipsum semel malum, & non idoneum fuisse, & præsumitur semper non idoneus in illa specie, donec contrarium probetur, siue non idoneitas surgat ex malitia animæ, siue corporis defectu, de ele. c. cum inter R. & patet in regula, semel malus, de reg. iur. lib. vi. Et hæc vera, siue quærat de personis puniendis, C. de probat. l. si. dist. c. si quis. siue quærat de beneficiis acquirendis, & personis sublimandis, quia de occultis hominum actibus, in quibus ecclesiæ non imminet evidens periculum, præsumitur bonum, tamen antequam promoueatur, de hoc inquirendum est, & si aliqua est præsumptio contra promouendum, vel oritur aliquod dubium, inquirendum est, & illud purgatur per inquisitionem, de præsum. c. literas. si nulla est specialis præsumptio, semper iudex faciet generalem inquisitionem, de ele. c. nihil. & facta examinatione, si nihil mali reperitur, semper præsumendus est bonus, per appareriam tamen posterius præsumitur postea in præteritum, de spon. cap. is qui, de elec. c. innotuit. Quandoque quæritur de bonitate accideris ad naturalem bonitatem, quæ est annexa intrinseca bonitati, & tunc glo. dicit q. hæc non præsumitur, quia habet semper accidens, & no. glo. de elec. c. si forte, & cap. quam sit. lib. 6. Sed huic obuiat hæc decr. quia & hic agitur in consecrando de bonitate non naturali omnino, sed etiã accidentis ad naturam, & tamẽ præsumitur hic bonus, patet de ele. c. cum in cunctis, ad hoc de præsum. c. si. Dic q. prædicta procedunt quando, nullum apparet testimoniũ bonitatis illius, vel præsumptio. ubi autem aliqua apparet præsumptio, vt quia ad hoc per alios est præsentatus, vel bonus ad hoc est electus, vt bonus & confirmatus, sicut in

illo qui petit consecrari, & tunc præsumitur accidentalibus bonitas, & sic loquitur hic, & hoc est quod vult dicere glo. i. Idem quando præcedit aliqua examinatio ipsius, & nihil mali apparet contra eum, vt d. c. si. Quandoque quæritur de idoneitate extrinseca bonitatis extrinsece, vt diuitiarum, & tunc dic, aut non apparet aliquando diuitias habuisse, & non præsumitur, quia quilibet nascitur nudus. Iob. 1. 47. dist. c. sicut. & talis præsumitur, nisi probetur vestitus, & hoc quia diuitiæ, vt accidentales de facili absunt & adsunt, vt in §. si magis. quem allegat glo. & in Auth. vt omnes obedi. iud. collat. 5. Ad prædicta regula, de reg. iur. semel malus. lib. 6. aut semel ponuntur diuitiæ, & præsumunt. Ex his cõcordantur duæ glo. iuris ciuiliis contrariæ, quarum vna est in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui fati. cog. q. tenet q. in dubio hæc idoneitas præsumat, alia est in l. i. de prob. quæ tenet contrarium q. non præsumatur, & semper præsumitur, donec contrarium probetur, ff. de priuil. credi. l. si creditores. de hac materia, de præsum. c. si. & plenius in regula, semel malus, de reg. iur. lib. 6. & quod scripsi de elect. c. bonæ, & per Cyn. C. de prob. l. actor, & ibi per Bar. Quid si habes respondere in scrutinio denunciati inhabilitatem promouendi ad ordines secreto? Archiepiscopus non vult ipsum audire super denunciata indignitate, nisi publice proponat? Dic in Inn. q. debet euitare scrutinium si potest, & euitet sic q. per eum crimẽ fratris non publicetur. vnde si eo præsentate & tacente publica retur, dicat per dicta verba, & si euitare non potest, dicat hoc secure, cum loquatur in persona ecclesiæ, quæ suam indignitatem ignorat. 2. q. 1. c. vnus. & q. 7. c. plerunquẽ. de offi. ordi. c. si sacerdos. & si per hoc non informat conscientiam suam, satisfacit ei secundum Hof.

ADDITIONES.

- a ¶ Bonitatis naturalis. Vide quæ no. Bar. in l. si prius, ff. de op. no. nun. ubi agit, quanto præsumatur ex primo statu rei in naturam suam, videtur tamen aliquantulum his, quæ dicit D. An. oblatte cetera in capitulo, omnis ætas. 1. 2. q. 1. Sebastianus Sab.
- b ¶ Diuitiarum. Quod non præsumatur quis diues, nisi probetur, volunt omnes Scri. in l. si vero, ver. qui pro rei qualitate, ff. qui fati. cog. & ibi etiam no. q. non præsumitur paupertas, sed qui dicit diuitem vel pauperem debet probare. Aduerte tamen quod si quis efficiatur diues, p. præsumitur factus ex sua industria, vt est ex no. in l. si defunctus, C. arbit. tur. Sed. Sapia.
- c ¶ Idoneitas præsumatur. Adde tu q. regulariter quis præsumitur idoneus nisi quod ad facultates, Bar. in alle. l. si vero. Ang. in Auth. de hare. & fil. §. hic no. bis, col. 1. Bal. in rubi. C. qui accu. non pot. & Spec. in titu. de pro. §. i. ver. i. stat. & in tit. de actore, ver. ied. qualiter. Zac.
- ¶ Tu adde ad hoc de idoneitate q. in dubio quilibet præsumitur idoneus in materia, in qua idoneitas requiritur nisi contrarium probetur, in omnibus, & a barbaris, ff. de re iud. & habetur per Spe. in tit. de prob. in §. i. an. ver. i. stat. & adde q. quando lex loquitur simpliciter de idoneitate, seu quod aliquis sit idoneus, intelligitur q. sit idoneus oibus modis, & non in quoque, vt in c. tales, 2. dist. & in c. ex penitentibus, c. dicit & in eum in cunctis, & in c. nihil, & in c. postquam, de ele. & habetur in c. cum teneamus, & in c. super in ordinata, de pro. & in c. cui, de probat. lib. 6. & in c. si. de præsum. quod adeo verum est, q. si Papa inuadat alicui prouident de electione eam si non dicatur sit idoneus, semper subintelligitur illa clausula, quamuis non sit expressa, vt in c. causam, de ele. & no. gl. in c. in c. ex parte, de cont. & glo. 2. in c. cui, de ele. lib. 6. adde quod licet quis sit idoneus ad regimen vnius ecclesiæ, non propterea sequitur q. sit idoneus ad regimen alterius, quæ si rian habet maiore curâ, & quæ indiget maiori & grauiori regimine, vt in c. in causis, de ore. & vide bonu. x. quis dicatur idoneus in l. i. quis stipulari, ff. de ver. si. & dixit Spe. in r. de emp. & ven. in §. i. ver. si uat. q. qui promissit dare huius florẽ, tenetur dare idoneu, & hæc quidẽ idoneitas non minus dicitur ex fide quam ex facultate conueniendi, vt est gl. in l. eum qui. §. si. in ver. idoneus, ff. de in diem addic. Et adde quod debent tria concurrere ad hoc vt quis dicatur idoneus fideiussor vel idoneus simpliciter, videlicet facultas conueniendi, diuitiæ, & fidelitas. l. si vero, §. i. ff. qui fati. co. l. si ita stipulatus sim Stichum aut Pamphilum, ff. de verb. ob. & in l. de suscep. tut. in §. si. & quis debet probare an ille, qui dicitur idoneus, vel qui dicit non idoneus sit per gl. in l. 2. ff. de prob. & in l. no. est necesse, e. u. & per gl. in l. si vero pro condemnato, ff. qui lat. cog. & plene traditur in cap. si. de præsum. Ar. t. Fran.

De ordinatis ab Episcopo qui Episcopatum renunt. vel excommunicata. Rub.

In tractatu ordinandorum qui præcedit & sequitur, interponitur hæc rubricella de ordinatis ab Episcopo qui episcopatum renuntiauit, & incidenter ponitur de ordinatis ab Episcopo. Quid de ipsis excommunicatis ordinatis habetur de sen. excõ. c. cum illorum. De ordinatis a sumoniaci, de sim. c. per tuas, & alias criminose. 9. q. 1. in sum. & vide de schisma. c. i. De prima parte non hñ in decr. sed inducitur. 1. q. i. c. ventum, & q. 7. c. Daibertum. De ordinatis ab his de quibus dubitatur, an fuerint Episcopi 68. dist. De secunda. 9. quæstio. i. per totum, & de schisma. c. 1. & 2.